



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 44. Audius Schismaticus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

§. XLIV.

Sæculum IV.
A C. 324.*Audius Schismaticus.*

Jam tum in Mesopotamia quorumdam *Theod. fab.*
Schismaticorum Secta visebatur, cu- *IV. c. 10.*
jus error maxime notus, erat illa cum Ju- *Epiph. hær.*
dæis celebrandi Pascha pertinacia; Au- *70.*
dientes, seu Odientes ab Auctoris sui no-
mine dicebantur, qui eodem tempore in
lucem emersit, quo Concilium ad depo-
nendum Arium conveniebat. Audii Pa-
tria Mesopotamia erat, bonis moribus, &
zelo inter suos notissimus. Illam Philo-
sophiæ partem palam profitebatur, quæ,
abjecto Personarum respectu, omnibus
nudam veritatem ingerere docet; Episco-
pis, & Presbyteris in faciem resistebat, si
quid contra leges facerent; nunquam, si
quid peccatum esset, ab eo sperandum si-
lentium; præsertim dum Clericos avaros,
aut luxu, & deliciis diffluentes videbat.
Sic omnibus, quorum vita aliquatenus re-
prehensibilis erat, importunus, eorum
convicia, odium, injurias in se concitavit;
multo tempore contemptus, & insultus
tolerans, conventus Ecclesiasticos fre-
quentabat, nec etiam ab inimicis ejectus,
veritatem dicere cessavit, servato unita-
tis vinculo, & ab Ecclesia Catholica se
non separans. Tandem ad verbera ven-
tum, quibus ipse, suique affecti, eoque
compulsus, ut ab Ecclesia emaneret, quem

Hist. Eccles. Tom. III.


K

mul-

Sæculum IV. multi secuti sunt. Initio simplex schi
A. C. 324. ma fuit, severam in moribus disciplinac
profitentium, & in fide non errantium
labore manuum suarum Laici, Presbyt
ri, Episcopi vivebant, quippe Audius
quodam Episcopo, qui ob similes quoqu
dissensiones ab Ecclesia secesserat, in Epi
copum fuit ordinatus.

Epiph. ib. At paulopost in Quartodecimanoru
n. 9. 10. & Anthropomorphitarum hæresin la
sunt. Pascha decima quarta Lunæ, sic
Judæi, celebrabant, dicentes, hunc usu
ab antiquitate probatum, quod ut demor
strarent, librum Constitutionum Apostoli
carum, sed ab eo, quem hoc nomine h
bemus, diversum, allegabant. Anthro
hic *Epiph.* pomorphitis accensebantur, quia rudi
n. 2. 3. &c. ter illud secundum litteram accipiebar
quod de homine dicitur, ipsum ad im
ginem Dei factum, non distinguentes, r
hæc similitudo in anima, vel in corpori
refulgeat; sed textus adducentes, quibus
Deo vultus, oculi, manus aliaque hum
ni corporis attribui videntur, sibi ipsi
Deum corporeum, & figura humana ex
istentem fingebant. Cœterum vita eorum
erat pura, & innocens, saltem in his exor
diis, & multa habebant Monasteria; cum
aliis vero quam suæ Sectæ hominibus,
quamvis vita eorum culpa vacaret, ora
re, aut communicare recusabant.

Epiph. n.
15.



HISTO.